



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 38. Pac Cæsarem inter & Turcarum Imperatorem firmata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Sæc. XVII. cunctatione, ac simulata quadam re  
A. C. 1606. pugnantia eo magis honorificam pacem  
se obtentum sperabat: eapropter se  
dulo suorum exquirebat consilia ac præ  
cipue Georgii Bastæ strenui Belliducis  
qui ferme nunquam præliabat, nisi vin  
ceret, & nunquam vincebat, nisi cum  
augmento suæ gloriæ, & hostium in  
teritu. Hic ergo composita cum Hun  
garis pace bellum contra Turcas totis  
viribus continuari suadebat: Cæsara  
sua Majestas, inquietabat ipse, urgeat sum  
mum Pontificem, ut ceteros Principes Chris  
tianos præsertim renitentes ad ferenda ax  
ilia adstringat, interminatis Ecclesiæ con  
juris, quæ in hac rerum vicissitudine aqui  
simæ sunt. Iram Dei meretur, qui Da  
caussam negligit. Prævaluunt tamen cete  
rorum consilium, qui pacem quovis pre  
cio redimendam censemabant.

### §. XXXVIII.

#### *Pax Cæsarem inter & Turcarum Im peratorem firmata.*

*Calmet &  
Thuan. l. c.  
Mercur.  
Gallobelg.  
tom. 6. l. 1.*

Igitur Turso, Isthuanius, Molartus &  
Althemius Cæsareæ Majestatis Legati  
unacum Ahmetis Turcici Imperatoris  
Deputatis ineunte Mense Octobri Co  
morram conveniunt, de pace acturi.  
Accidit autem, ut Octava die ejusdem  
Mensis, cum quidam Lutheranæ Sectæ  
Præ-

Præco ad populum declamaret, Bu-  
chemius & Knæveus bene poti cum mi-  
nistris aliquot templum ingressi vulne-  
ratis non paucis miserum hunc Concio-  
natorem e suggestu ac Templo profliga-  
rent, tanto excitato tumultu, ut pueri  
quidam pedibus conculcati perirent,  
omnesque extrema quæque sibi immi-  
nere vererentur. Ea res Hungaros ad-  
eo commoverat, ut Turso & Badianius,  
qui pacis negotio adesse debebant, urbe  
excedere pararent, ægre a Collenitzio  
& Molarto retenti. Sedato demum tu-  
multu die vigesima quinta Octobris Cæ-  
farei Legati, qui Solimanum Bassam  
Budensem, cum jam septem annis Vien-  
næ captivus hæreret, & alterum Hali  
nomine secum adduxerant, ad destina-  
tum sibi locum convenere: pariter Illis-  
hascius & Proceres Hungari, ac  
tandem Turcici Legati accessere. No-  
no igitur Novembris die re utrinque a-  
criter disceptata negotium hoc feliciter  
confectum, & pax post cruentum sex-  
decim annorum bellum cum Turcis san-  
cita est, præstito utrinque juramento,  
obsidibusque in fidei pignus utriusque  
parti traditis.

Sæc. XVII.  
A. C. 1606.

### §. XXXIX.

#### *Pacis articuli.*

G 4

Porro